



1143.

oo 30

- .54.
- 1.) Iur. Frat. Ludovici de facto sine lege loquente
  - 2.) Id de conditionibus sponsaliorum in portabilitate
  - 3.) Epist. Collegium Iuris Feudalis VIII. Discessat.
  - 4.) Id. de impositione silentii.
  - 5.) Id. de iure in causa Principum protestantium matrimoniale
  - 6.) Id. de solenibus iuramentorum.
  - 7.) Id. de iudicio fortuna
  - 8.) Id. de jure cornificium in bona proprietatum.
  - 9.) Id. de immunitate non excusante.
  - 10.) Id. de iure et iurisprudencia domestica
  - 11.) Id. de coelibatu poena nomine imposito
  - 12.) Id. de facto tutorum à pupillis non profando cum  
13.) Id. de intellectu bocardi: Omnes iuramentum reverendum esse.
  - 14.) Id. an et quatenus adfectus humani in foro considerantur.
  - 15.) Id. de intercessione innocentum. 1706
  - 16.) Id. De limitibus defensionis in bello defensivo. 1706.
  - 17.) Id. de jure declarationis. 1707.
  - 18.) Id. de deditio personarum notiarum 1708.
  - 19.) Id. de vito reali et personali
  - 20.) Id. de persona appellabili
  - 21.) Id. de muliere cambiante. 1710.
  - 22.) Id. de tribus sententiis conformibus
  - 23.) Id. de effectu et obligatione laudi

*Jac. Frid. Ludovici*)

- 24.) *De probatione illationis dotis.*
- 25.) *Iud. de expensis litis actori a reo subministrando.*
- 26.) *Iud. De legitimatione ad causam.*
- 27.) *Iud. De repetitione rei factiva.*
- 28.) *Iud. De actuarii profectia in actu testandi.*
- 29.) *Iud. De successione coniugis descendenti.*
- 30.) *Iud. De diverso iure bonorum acquisitum et hereditatum.*
- 31.) *Iud. De probabilitate et ejus effectu.*
- 32.) *Iud. De effectu poenitentiae.*
- 33.) *Iud. De iudice extra acta aliquid ascende.*
- 34.) *Iud. De eo qui post libem cont. bona immobilia possidere desist.*
- 35.) *Iud. De tacita prohibitione usufructus paterni.*
- 36.) *Hact. de Boden de cunctione venditione solo consenserunt non sufficiente.*
- 37.) *Iud. De privilegio crediti in rem sueticam erogati.*
- 38.) *Iud. De falso periculofo.*
- 39.) *Joh. Sam. Huyck de officio principis circa scandala.*
- 40.) *Ejusd. Turco Bulle controversia potiorum.*
- 41.) *Joh. Frieder. Schneider son ero berijgt.*
- 42.) *Nic. Appel. Lyncer de Baptismo.*
- 43.) *Joh. Wilt. Engelbrecht de reunione protestantiarum.*
- 44.) *Joh. Schiller de bonis laudemalibus.*
- 45.) *Joh. Gottlieb Heineccius de origine jurisdictionis matrimonialis contin. vid. in fine.*

DISSE<sup>T</sup>RATI<sup>O</sup> JURIDICA  
De  
**JURE CARNIFI-  
CUM IN BONA PRO-  
PRICIDARUM ET QVÆ  
CIRCA EOS REPERIUNTUR,**

Quam  
DEO T. O. M. ANNUENTE  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WIL-  
HELMO,**  
REGNI BORUSSICI ET ELECTORATUS  
BRANDENE. HÆREDE, &c. &c.  
**IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,**  
PRAE<sup>S</sup>I<sup>E</sup>D<sup>E</sup>  
**JAC. FRIDERICO LUDOVICI,**  
J. U. D. & Profess. Publ. Extraord.  
Publico Eruditorum Examini submittit  
RESPONDENS  
**JOHANNES JACOBUS HANEWALD,**  
Alsleb. Magdeb.  
ad diem III. Octobr. MDCCII. H. L. Q. C.

Halle, Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

Dissertatio. Tridio.

De

JURE CARNI.  
CIVILIS IN DIGNA PRO  
PRIO DIGNITATE QVAE  
CIVICOS ET CIVITATIBUS

De RIBERICO MATH  
HEIMO  
HESIODO ET ELOCUTORIBUS  
IN TERRAM AEGAEAM LUDERICIN  
MAGISTERICO IUDICACI  
IN HISTORIA JUVENTUTIS PAPYRORUM  
PAPYRIS MEGALOMANIAE PAPYRORUM  
SCHOLIOS AEGAEIS HABEND  
MAGISTERICO IUDICACI  
8



Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA

De

JURE CARNIFICUM IN BONA  
PROPRICIDARUM ET QVÆ CIRCA  
EOS REPERIUNTUR.

CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

Nilla fere est Republica, in qua preter Leges scriptas non eriam certe consuetudines reprehendantur, que ex tacito Principis sensu robur suum accipiunt. §. I. Sepe tamen subdit consensum Principis adesse erronee supponunt, ceteraque consuetudinum re quisita negligunt, unde plurimis irrationalibus consuetudinibus proveniant. Exempla earum, §. II. De consuetudinibus Carnificum circa cadavera propriidarum in genere, quod illa sub iusto dejeicant vel subre limina extrahant, §. III. Nec non in loco inhonesto sepeliant, §. IV. Tolerari possunt ha consuetudines, quamvis penam proprio sic dictam non inferant. Sed ali adhuc & intolerasbiles mores penes Carnifices reprehenduntur. Exempla eorum & transiro ad ipsum thema Dissertationis, §. V. Propriidae duplicitis sunt generis, ad quam distinctionem in multis questionibus respicitur. §. VI. Carnifices veteribus etiam temporibus sibi ex bonis damnatorum quedam arrogarunt, ubi de pannicularis, §. VII. Ostenditur distincte, carnifices consuetudinem suam de occupandis bonis, quæ circa propriidas reprehenduntur, ex illis, quæ in jure Romano de panniculariis tradamur, probare non posse, §. IX. Disquiritur, an non dicta consuetudo ex capite confiscationis salvari queat? Disciplina DD. in quibusnam casibus adhuc hodie confiscationib[us] bonorum locus sit, §. IX.

## 4 DISSERT. DE JURE CARNIFICUM

Supponitur, eandem non amplius obtinere, nisi in criminis lae*se Ma-*  
*jeſtatis, & ad argumenta contraria respondetur, §. X.* Inferitur  
exinde, ob solam autocheiriam bona non publicari, nisi crimen  
tale preceperit, ob quod confiscatio alias decernenda fuisset, §. XI.  
Cum ergo Princeps non posse bona auferre, multo minus Carni-  
fices id poterunt, sed hoc depravatis ipsorum moribus est adscri-  
bendum, §. XII. Movetur dubium: Carnifex bona proprie-  
darum & que sunt circa eos mercedis loco ex tacito Privilegio  
pretendere, §. XIII. Ex quo nonnulli DD. permoti fuerunt, ut  
Carnificum mores non improbarent, modo bi docere queant, legit-  
ima consuetudine id Privilegium introductum esse, §. XIV. Ad-  
ducuntur duo Responſa hanc in rem facientia, juxta qua Carni-  
fices ad probationem ejusmodi consuetudinis admittuntur, §. XV  
& XVI. Consuetudo facta est & propterea omnino probanda, ea  
autem probata non statim sequitur, quod sit iusta & legimitima, sed  
alia quoque requisita concurrere & doceri debent, §. XVII. O-  
ffenditur, ipsis hijs consuetudinis fautores sibi circa eandem  
non satis constare, §. XIX. Quia privilegium illud pretensum  
iniquissimum esse facentur, §. XIX. Examinatur consuetudo  
Carnificum juxta requisita, que circa consuetudines in genere exi-  
guntur. Adeſt connivenzia Principis, diuturnitas temporis &  
actuum frequenia, §. XX. Principaliter tamen in consuetudinib-  
us eriam requiritur, ut sint rationabiles, §. XXI. Rationabiles  
ille dicuntur, que cum jure divino, naturali & positivo conveni-  
unt: irrationalabiles, que cum eodem & sic eriam cum vero bono  
publico pugnant, qualis fuit olim in Polonia in homicidiis commis-  
sis, & in illis locis, ubi bona Naufragorum Fisco cedunt, §. XXII.  
Applicatio ad hypothesim. Pretensa Carnificum consuetudo de ra-  
piendis bonis, que in loco perpetrati propriedati deprehenduntur,  
irrationabilis est. Jus naturae & divinum positivum dicitat, a-  
suum propter alterius delictum pena aliqua aut incommode non  
esse adſciendū, §. XXIII. Per Carnificum autem consuetudinem  
alter propter alterius delictum bona sua amittit, quod fuisus  
offenditur §. XXIV. Comparatur illa cum consuetudine, vi cuius  
in nonnullis locis res furto ablaſta non vero Domino refitatur, sed  
Magi-

## IN BONA PROPRICIDARUM &c.

Magistratus eam sibi vindicat, §. XXV. Princeps licet non contradixit carnifcum consuetudini, eam tamen eo ipso approbare voluisse non est censendus, imo quamvis hoc volueris, ejus tamen approbatio nihil operari potest, §. XXVI. Ne quidem ad mercedem pro extractione cadaveris solvendam agnatos vel dominum adiuvum obstrictum esse, responsum fuit, §. XXVII. Forsan ergo defientibus reliquis omnibus gladio Carnificis peculiaris vis, producendi talem consuetudinem, adscribenda. Recensentur aliquot effectus mirabilis hujus gladii, juxta communem traditionem, §. XXIX. Consuetudo, qua in nonnullis locis Latio peccades morbo-  
sas mactans culturum & reliqua instrumenta adhibita amittit, pariter est irrationalibilis, §. XXIX. Conclusio Dissertationis. §. XXX.

### S. I.



Ullam fere existimamus esse Rempublicam, in qua non præter leges expresso Principis mandato promulgatas diversa etiam deprehendantur consuetudines, quæ dicente Ulpiano in 1.33. ff. LL. pro jure & lege in his, quæ non ex scripto descendunt, observari solent. Ea etenim negotiorum in vita civili est multitudo, ut Legislator singula prævidere iisque certam normam præfigere nullo modo possit, sed ut plurima indecisa relinquere futuræque decisioni reservare debeat. Sed cum iterum rei indoles hoc non ferat, ut in quibuscunque obvenientibus casibus ipse Princeps aliis & forsitan majoribus negotiis distractus compellatur; hinc ad præsumtam confugere ipsius voluntatem, cœperunt subditi, ea ratione rem determinantes, quam menti Legislatoris quam proxime accedere crediderunt. Unde non ita putandum est, ac si consuetudines ex persona subditorum iisdem utentium robur suum accipient; sed Principis

6 DISSERT. DE JURE CARNIFICUM  
cipis approbatio demum & conniventia pondus iisdem su-  
peraddit Legibusque scriptis eas exæquat.

§. II. Diffiteri interim nemo potest, subditos circa præ-  
sumptionem voluntatis Principis à vero sæpe aberrare, ta-  
lemque sibi fingere approbationem, quæ privato quidem  
ipsorum interesse non parum faveat, ast tamen cum tertii  
quandoque maximo præjudicio conjuncta deprehenditur.  
Imo, licet revera approbatio tacita summae Majestatis ac-  
cesserit, eos tamen reliqua, quæ à DD. requiruntur, con-  
suetudinum essentialia negligere sæpe, cum tamen ex illis,  
quæ copulative exiguntur, unum adesse nondum sufficiat,  
sed omnia ut conjunctim existant, necessum sit. Hinc tot  
irrationabilium consuetudinum species ubique sere genti-  
um deprehendere licet. Sæpe in precibus publicis Deus  
invocatur, daß er den Strand gesegnen wolle/ id est, ut ac-  
colæ maris ex naufragiis navigantium ditescere possint, &  
tamen non desunt, qui perversam hancce consuetudinem  
ab injustitiæ nota vindicare nitantur. Recessus Imperii  
propinationes & compotationes severè interdicunt, & ta-  
men reperti fuerunt, die sich einander auff den Reichs-  
Abschied einmahl zugetruden. Quid dicam de perver-  
sis opificum consuetudinibus, inter quas illa quondam u-  
sitata, vi cuius balneariorum, molitorum textorum, chirur-  
gorum & opilionum liberi ab opificis addiscendis exclusi  
fuerunt, cui tamen obicem posuit *Reform. Polit. de Ann. 1577.*  
*tit. 30. §. 1.* Et quæ multa sunt ejusdem farinæ alia, quæ  
lubens prætermitto, cum illa, cuius gratia præsentem dis-  
sertationem conscripsi, sat amplam differendi materiam mi-  
hi suppeditet.

§. III. Relpicit ea Carnifices bonaque illorum, qui eri-  
mine ~~autoxepias~~ sese poluerunt. Ubi tamen, antequam  
ad ipsum speciale thema deveniam, non inutile fore reor,  
paucæ

## IN BONA PROPRICIDARUM. &c. 7

pauca prælibasse, quæ circa cadavera propriidarum inge-  
nere à Carnificibus observari consueverunt. Cadavera e-  
orum, qui morte naturali vitam finiunt, per ostium domus,  
quod venientibus & recedentibus pater, efferuntur. Se-  
cūs in cadaveribus propriidarum. Hæc enim sacco com-  
muniter inclusa vel sub tecto ejus domus, in qua sibi mor-  
tem conciverunt, dejiciuntur, vel subter limina extrahun-  
tur, propterea quod indignum sit, ob propriam vitæ ex-  
tinctionem hunc eodem ostio & limine efferri, per quod  
prius vivens valensque exierat, vide de hac consuetudine  
*gloss. lat. ad l. 2. Art. 31. des Sächs. Land- Rechts num. 4.*  
*lib.b. Schneidew. ad §. Religiosum quod J. de rer. divis. num. 9.*  
*Damhoud. in prax. rer. crimin. c. 90. n. 9. Coler. P. I. Decis.*  
*107. n. 38. & p. 2. Decis. 267. Sigism. Finckelth. Obs. 43. num. 15.*  
*Petr. Heig. p. 2. qu. 36. num. 64.*

§. IV. Neque in coemeterio sepulturæ traduntur ejus-  
modi cadavera, sed per carnificem in locum infamem &  
bestiarum cadaveribus destinatum projiciuntur ibique ter-  
ra obteguntur, quamvis cit. glossa latina combustionis quo-  
que mentionem faciat, quæ tamen apud nos extra usum  
est. In glossa germanica ad d. l. jur. Saxon. ita habetur:  
Wisse auch/ daß die Pompe und Pracht/ die man pfle-  
get denen zu bestellen/ die sich selber tödten/ wenn man  
sie zu Grabe führet/ ist eitel phantasey/ dann man soll sie  
zu recht auss keinen Kirhoff begraben/ noch für sie  
bitten Paria sunt, quæ jus canonicum hac dere tradit in  
c. placuit. 12. causa 23. qu. 5. ex concilio Bracharensi: placuit,  
ut quisibi ipsis voluntarie aut per ferrum, aut per venenum,  
aut per precipitum, aut per suspendium, vel quolibet modo vio-  
lentam inferunt mortem, nulla prorsus pro illis in oblatione com-  
memoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cada-  
vera deducantur. Multi enim hoc sibi per ignorantiam usur-  
panc

## DISSERT. DE JURE CARNIFICUM

*pato.* Similiter & de his placuit fieri pro suis sceleribus puniuntur. Eodem modo in aliis Concilii veteris Ecclesiae dispositum fuisse testis est Heigius loc. ant. cit. n. 65. conf. Convaruv. resolut. lib. 2. c. 1. circ. fin.

§. V. Possunt hæc, quas hactenus recensuimus, consuetudines tolerari, cum nihil, quod in se turpe aut legibus divinis contrarium est, involvere videantur, sed potius utile sit, ut alii homines hac etiam ratione quodammodo & per indirectum ab ~~avrorum~~ ~~exigac~~ criminis absterreantur, quamvis Heigo d. n. 65. in eo assentiri non possumus, quando *penam canonica*m & *politici*m hic subesse existimat: poena siquidem juxta communem omnium conceptum per malum passionis seu dolorem delinquenti inflatum definitur, at vero talis dolor in eum amplius non cadit, qui animam suam jam infeliciter exhalavit. Interim aliae adhuc suppedunt consuetudinem species, quæ pariter defendi, aut excusari saltem nullo modo queunt. Multis in locis Carnifices consueverunt, ut ad fores illius, qui canem vel aliud animal ex pecculantia occidit rhedam excoriatoriam ducant sibique hac ratione jus multandi occisorem arrogent, quod tamen numquam acquisiverunt, nec in præjudicium summæ potestatis acquirere potuerunt, vid. Carpzovius lib. 6. titulus 10. Resp. 102. n. 12. Et hoc pertinet illa ipsa consuetudo, quam rubrica dissertationis præsentis indicat, vi cuius carnifices omne id, quod in loco, ubi homicidium sui ipsius perpetratum est cadaver posseum est, reperitur, quodque ipsi stantes juxta cadaver infra, supra sursum ac deorsum in circumferentia gladio attingere possunt, seu lucrum retinent.. Cuius moralitatem breviter indagare in præsenti animus est.

§. V. Ante omnia tamen supponi debet, Propriidarum duo esse genera. *Alii* quippe ex furore, melancholia, vel alia animi impotentia sibi mortem inferunt, vel  
de cau-

## IN BONA PROPRICIDARUM.

9

de causa mortis plane non constat & vitam anteà bene atque pie transegerunt: *ali* contra ob conscientiam criminis perpetrati & poenam exinde imminentem, vel ex desperatione etiam, ut avari, vitaè filum violento modo sibi ipsis abrumpunt, conf. Finckelth. *Obs. 45. num. 1. seqq. Et num. 16. gloss. germ ad jus Sax. prov. 1. 2. Art. 31. num. 3.* Quamvis vero, quantum nobis constat, carnifices hanc distinctionem parum current, sed utroque casu spolia sua sibi arrogare velint; in questionibus tamen: an & quatenus *αὐτόχθονες* honesta sepultura privandi? item an eorum bona sint confiscationi obnoxia? non exiguum illa adserit utilitatem, & nos propreterea in examine juris carnificum in bona proricidarum subinde quoque ad illam respiciemus, injustitiam prætensi illius juris ex hoc quoque capite demonstratur.

§. VII. Percurramus autem singula, quæ pro carnificibus adduci possent, argumenta. Non parum ab initio iisdem patrocinari videtur, quod veteribus etiam temporibus eos ex bonis damnatorum sibi nonnulla semper arrogasse extra dubitationis aleam positum sit. Nec novum est, inquit Beierus in *Diss. de bon. damnat.* §. 37. nec absolum, carnifices ex bonis damnatorum aliquid sibi vindicare, eo enim & Senecam lib. de *tranquill. animi c. II.* respexisse subjungens, quando hic de Sejani, hominis honoratissimi, exitu tristissimo ait: *ne quidem quod carnifex traberet, ei superfuisset, in quem tamen, quicquid congeri potuerit, Diu hominesque contulerint.* Et hoc pertinet famosa l. 6. ff. de *bonis damnat.* Juxta quam *pannicularia*, (id est, bona mobilia quælibet viliora) Speculatoribus certo modo relinquuntur. Sed vero sub hisce speculatoribus carnifices comprehendendi, neque olim peculiare carnificum munus fuisse, sed Magistratus pro re nata ex eorum numero poenarum.

B

execu-

10 DISSERT. DE JURE CARNIFICUM  
executores adsumsisse, testis est Andreas Beierus loc. cit.  
§. 29.

§. VIII. Verum enim vero re accuratius perpensa pa-  
rum solatii carnificibus nostris ex hoc capite obveniet. Spo-  
lia enim illa, quæ hodie prætendunt, cum dictis pannicu-  
lariis in nullo fere tertio conveniunt. Agedum, distincte  
rem consideremus. Pannicularia fragmenta bonorum saltē  
donant, eaque vilioris pretii, & quæ capitī damnatus,  
ubi in custodiā recipiebatur, secum attulit spolia, item  
quibus indatus est, cum quis ad supplicium ducitur. Hinc  
zona, quam circa se habuit inquisitus, huc non statim per-  
tinet, nec sardonyx aut alia gemma magni pretii, nec chirogra-  
phum magna pecunie, quod in sinu fuit; sed nummuli saltē  
ventrales, quos vietus sui causa in promptu habuit, aut leves  
annuli, qui non excedunt aureos quinq;. At vero Carnifices  
nostrī eo audaciæ dicam? an impudentiæ progressi sunt, ut o-  
mnia indistincte prætendant, quæ circa corpus propriae de-  
prehenduntur, cujuscunq; etiam sint pretii & valoris. Porro  
tantum abest, quod pannicularia speculatoribus in d. l. 6. ad-  
signentur, ut potius contrarium haud difficulter exinde elici  
queat. Speculatores non ultro sibi vindicent pannicularia, expre-  
se dicit Ulpianus, qui autor est allegatae legis. Quid ergo si  
et cum pannicularis? Respondet idem Ulpianus, quod de-  
beant ad ea servari, que jure Præsidū solent erogari, ut pue  
ab artiaticum quibusdam officialibus inde subscribere: velsi qui  
forster fecerint milites, inde ei donare: barbaros etiam inde  
munerari venientes ad se vel legationis vel alterius rei causa,  
quæ omnia fuse declarat Beierus loc. prox. cit. conf. Cujacius  
lib. 4. cap. 18. Et lib. 6. c. 25. Wesenbec. Parat. ff. de bon. dann.  
n. 2. seqq. Denique nec hoc prætermittendum, ablationem  
panniculariorum in iis saltē locum invenisse, qui capitī  
damnati ad mortem ducebantur; ast quomodo nostri carni-  
fice

## IN BONA PROPRIIDARUM.

fices hic iterum excedant, jam supra §. VI. monui-  
mus.

§. IX. Videndum jara ulterius, annon ex capite con-  
fiscationis patrocinium causæ Carnificum nostrorum acce-  
dere queat. Evidem non convenient inter se DD. pro-  
ut alias, ita nec in hac questione: in quibusnam casibus  
adhuc hodie bonorum confiscationi locus fit? cum in plu-  
rimis casibus eam hodienum obtinere existiment Heigius  
*p. 2. quest. 33. n. 52.* & quos allegat Bernh. Diaz. *reg. 165. lim.  
5.* Joh. Bapt. Plot. *dein lit. jur. 9. n. 44.* Franc. Vivius *Detij.  
Neapol. l. 2. Dec. 244. n. 1.* Tiber. Decian. *tradit. crim. lib. 9. c. 26.  
n. 33.* aliquique plures, add. Carpzov. *Prax. crim. quest. 135. num.  
25.* & quos ibi citat, Finckelth. *Obs. 4. num. 18 seqq.* qui tres  
discrepantes DD. opiniones adducit; aliorum, confisca-  
tionem ad solum crimen læsa Majestatis restringentium; ali-  
orum, crimen hærefoe addentium: aliorum denique, ean-  
dem in criminis incestarum nuptiarum quoque admitten-  
tium; sed nobis quidem in praesenti nec otium suppetit,  
nec animus est, fundamenta diversarum ejusmodi opinio-  
num examinandi, cum hac ratione nimium quantum à sco-  
po, quem nobis proposuimus, dilaberemur, metamque bre-  
vis dissertationis excederemus.

§. X. Supponamus ergo juxta communem DD. op-  
inionem, quod confiscatio hodie locum non inveniat, nisi  
in crimine læsa majestatis, v. Boër. *Decis. 264. num. 18.* Besold.  
*p. 3. Consil. 95. n. 8. 9.* Quamvis enim Heigius *d. qu. 33. n. 53. 54.*  
non tam facile iis credendum putet, qui de generali con-  
suetudine abrogata confiscationis scribunt; cum ad proba-  
tionem consuetudinis generalis sive universalis non suffici-  
at paucorum DD. testificatio, et si sint celeberrimi, ma-  
xime quando ea est contra jura scripta, unde ipse quoque  
alios contrarium statuentes adducit; Nihilominus tamen

## 12 DISSERT. DE JURE CARNIFICUM

h'c probe est observandum, sermonem esse de jure Romano, quod ulterius pro jure scripto Germanorum haberi nequit, quam quoad illud in foris Germania hactenus receptum fuit. Quod si autem de receptione judicium ferre volumus, ad ipsam rerum praxin & judiciorum observantiam respici oportet, quæ sine dubio eorum opinionem comprobabit, qui confiscationem nonnisi in crimine læse majestatis obtinere adstruunt. Neque ergo nobis incumbit, ut jus Romanum hac parte abrogatum esse probemus; sed à dissentientibus jure nostro postulamus, ut ipsi prius ostendant, quod illud unquam in Germania hac parte receptum fuerit, ex receptione siquidem tota ejus obligatio proficiatur. Non parum quidem ab initio obstatre videntur verba *Conf. Crim. Carol. Art. 218.* ibi: außerhalb des Laßlers unser beleydigten Majestät/ oder sonst in andern Fällen; sed hic jam ab aliis responsum est, perfectum adductorum verborum sensum & constructionem vix dari posse, nisi particula oder delectatur, qua sublata hic sensus remanet, quod extra læse majestatis crimen in aliis casibus atque delictis confiscatio bonorum cesset, v. post alias Carprov. *Pr. Crimin. qu. 135. num. 30.* qui ipse vir tanquam praeceos Germanicæ peritisimus, nostræ quoque sententiaz calculum suum adjicit. Et quid si prætereare respondeamus, Constitutionem Carolinam hac parte nunquam fuisse observatam. Annon enim quotidie hoc etiam aliis Constitutionibus objici solet, daß sie niemahls zur Observantz gekommen?

**S. XI.** Quicquid interim sit de confiscatione in aliis delictorum speciebus, certe quantum ad crimen *duloxepias* attinet, rem extra omne dubium positam esse existimamus, quod confiscationi bonorum propter illud locus non sit relictus. Excepio est, nisi crimen tale sit, pro quo ultra posnam

## IN BONA PROPRICIDARUM.

13

nam mortis etiam confiscatio bonorum imponatur, tunc etenim avōzēq; per factum suum illicitum interesse fisci præjudicium adferre non potuit. Textus hac de re expressus est in l. 3. §. 3. ff. de bonis eorum &c. ubi Marciānus ita: ergo ita demum dicendum est, bona ejus, qui manus sibi intulit, fisco vindicari, si eo criminis nexus fuit, ut si convinceretur, bonis careat. Si quis autem radio vita, vel impatientia doloris aliquius, vel alio modo vitam finierit, successorem babere Divus Antonius rescripsit. add. §. 6. 7. & 8. d. l. item *Const. Crim. Art. 135.* ibi: So er sein Leib und Guth verwirktet hätte / und aus Furcht solcher Verschuldeten Straff sich selbst erödtet / des Erben sollen in diesem Fall seines Gutes nicht fähig oder empfänglich/ sondern solch Erb und Güther der Öbrigkeit / der die peinlichen Straff/ Buß und Falle zustehen/ heimgefallen seyn. Unde Vigilius *ad Const. Crim. c. 7 de homicid.* regulam de bonis ejus, qui mortem sibi concivit, confiscandis duas exceptiones recipere dicit: unam, si non metu criminis sibi mortem concivit: alteram, si crimen, quod metuit, non fuerit tale, ob quod damnatus bona amitteret, v. Matth. Stephani *ad d. Art. 135.* C. Crim. in pr. Decian. tract. crim. l. 9. c. 2. num. 2. Finckelth. Obs. 43. num. 25. Brunnem. ad d. l. 3. ff. de bon. eor. Ex quo etiam inferunt, testamentum propriae omnino validum esse, modo tale crimen non commiserit, ob quod ejus bona publicanda sunt, tunc enim bonis deficientibus res per se patet, quod testamentum subsistere non possit, Finckelth. d. Obs. 43. Carpzov. p. 3. C. 6. Def. ult. Prosp. Farinac. P. 2. oper. crimin. qu. 128. n. 77.

S. XII. Quae cum ita sint & Principibus ipsis jus confiscandi bona propriae indistincte non competit; certe etiam videre haud possumus, quo juris titulo carnifices spolia sua defendere & ab injustitia nota liberare velint.

B 3

Certe

14 DISSERT. DE JURE CARNIFICUM

Certe veremur, ne & in hoc casu in specie applicari possint, quæ Hoennotius *Diss. Polit. 2. thes. 5.* circa quæstionem: cur hodie carnificum munus ubique fere gentium sordidissimum judicetur? in genere de Carnificibus adserit. Duas scilicet rationes esse dicit, *primam*, quia homines facinorosi & scelerati plerumque eliguntur carnifices: *alteram*, quod plerumque turpiter & scelerare vivant; adeoque per vitæ actiones turpes & in honestas officio suo ignominiam & labem adspergunt, & sic non tam officium ipsos, sed ipsi potius vitio suo officium polluant, v. Speidelius *in spec. notab. voc. Henker / Nachrichter. Carpzovius. Resp. lib. 6. Resp. 102. num. 1.* hæc susius deducit, Carnifices propterea passim locorum exosos & execrabilis haberi dicens, non quod per se famosi sint & inhonesti, sed quia plerumque non zelo justitiae, nec cum tanta commiseratione & humilitate suum exercent officium, quæ ipsos deceret & amabiliores redderet, sed omnibus sceleribus inquinatissimi in sibi commissos patientes reos deserviant, ipsos tractent, raptent, perdant ac mactent, non secus quam si beluam conficerent, & in tam crudeli & tyrannica executione glorientur, Reis interim merita supplicia exprobantes & æquo sævius ac citius eos abripientes, non secus, quam si propriæ bili potius inservirent, & affectibus quam rationi justitiae mandatrici. Inter reliqua autem vitia *num. 3. tantam in iis plerumque effera pacitatem avaritiosam subjungit, ut nullis abstineant mediis, quibus mansuum inflare possunt, nullam vel equitatis, vel honestatis rationem habentes.*

§. XIII. Sed instabit forsitan quis asserendo, non procedere consequentiam: Principes non habent jus confiscandi bona eorum, qui vitam sibi ipsis ademerunt, ergo nec carnifices bona in loco commissi proprididii deprehensa sibi vindicare possunt. Potest enim hoc jus instar privilegii

carni-

## IN BONA PROPRICIDARUM.

15

carnificibus concessum esse, & in solatium quidem atque compensationem, quia in tali vita genere degunt, quod ab omnibus pro vili & abjecto habetur, & per quod tamen publica omnium utilitas quam maxime promovetur. Si enim Carnifex deficeret, ipse Judex, vel alii ex civibus, vel hi conjunctim ingratum hunc laborei perficere obligarentur, prout ex Kaisersbergio recenset Speidelius in *specul. notabil. voc. Henker*/ wenn man etwa in einen Dorff/ inquiens, einen Dieb hencken will/ da man keinen Henker hat/ so henckt ein ganz Gericht den Dieb/ so nimmt man ein lang Seil und schlägt es über den Galgen/ so knüppfi man den Dieb unten dran/ so muß der Schulttheiß dem Dieb das Seil umknüppfen/ und darnach so zieht er das ganze Gericht den Dieb auf den Galgen/ daß er daran erwirkt und müssen alleamt am Seil ziehen/ auf daß keiner dem andern dürffe verweisen/ daß er den Dieb erhenckt habe. At vero & ipsi privati Carnificibus mercedis loco libenter aliquid relicturi esse censemur, ut ab hoc exoso labore immunes esse queant.

S. XIV. Non videtur de nihilo esse haec objectio, qua & viros quosdam celeberrimos permovit, ut Carnificibus jus auferendi bona propriidarum concederint, si illud per diuturnam consuetudinem introductum esse probare queant. Sunt Carnifices, inquit Carpzovius in *Prax. crim. quest. 2. n. 32.* eorum qui sibi mortem conciverunt, vespillones, qui plerisque in locis, *neficio quo titulo vel nomine*, hoc iuris sibi vendicant, ut omne id, quod in loco, ubi homicidiu*m* sui ipsius perpetratum & cadaver positum est, reperiatur, quodque ipsi stantes juxta cadaver infra, supra, sursum ac deorsum in circumferentia gladio attingere possunt, ceterum retineant. Quod jus tamen nequaquam ipsis competit, nisi legitima consuetudine aliud introductum doceatur,  
prout

16 DISSERT. DE JURE CARNIFICUM

prout à Scabinis Lipsiensibus ad requisitionem Carnificis Weissenfellsensis M. Mart. 1622. responsum suisse testatur. Ejusdem tenoris sunt, quæ apud Joh. Philippi in *Usu præc.* *inst. Justin.* lib. 4. tit. 18. Eclog. 86. num. 9. deprehenduntur. Postquam enim de iis locutus fuerat, qui violentas manus sibi destinato intulerunt, quod scilicet illis moribus nostris honesta sepultura denegetur eorumque cadavera in terrorem aliorum à Carnifice per fenestram dejecta, vel sub dominus limine extracta in locum infamem & cadaveribus destinatum projiciantur & humentur; denegatur tamen, subjicit, Carnificibus jus omne illud, quod in loco, ubi homicidium sui ipsius perpetratum & cadaver suspensum repertur, stantes juxta cadaver infra, sursum ac deorsum in circumferentia gladio attingere possunt, ipsis lucro cedere, nisi legitima consuetudine id introductum aperte doceatur, qualem consuetudinem Erfurti vigore se perceperisse testatur.

§ XV. Responsum Scabinorum Lipsiensium, cuius mentionem injecerat Carpzovius in *prax. crim. loc. cit.* ipse integrum exhibet l. 6. Rep. 102. num. 10. nec non Philippi loc. alleg. quod dignum nobis vistum fuit, ut hic adponatur. Ita autem sese haber: Hat sich vor wenig Wochen zu Weissenfels vor dem Klingthor in den Amts-Gerichten eine ledige Weibs-Person in ihrer Schlaffkammer selbsten erhängt/ in welcher Kammer eine Lade/ darauf sie bey der Erhängung getreten/ wie dann noch eine andere Lade/ so kaum eines Schritts weit von der ersten gestanden/ in gleichen ein Feder-Bette verhanden gewesen/ welche Laden und die darinnen befindliche Sachen/ nebst dem Bette du damahlig/ wie die erhängte Person von dir abgehauen/ und mit deinem Pferde an gehörigen Ort geführet worden/ zu dir und mit hinweg genommen/ ic. So biftu

IN BONA PROPRICIDARUM &c.

17

bistu angeregte Sachen an den Orth/ alda solche zuvor gewesen/ hinwiederum zu bringen schuldig. Es wäre dann im Amte Weissenfels durch eine beständige Gewohnheit hergebracht und über Rechts verwahrte Zeit unverbrüchlich also gehalten/ daß dem Meister/ welcher solche Personen abhauen und an gehörigen Orth schaffen müß/ alle dasjenige/ was über/ unten/ um und neben denselbigen Personen/ und so weit man mit den Schwerden reichen kan/ befunden wird/ gefolget worden/ dessen genößest du auf solchen Fall billig/ B. R. W. Conceptum sicut hoc Responsum ad consultationem Christian Ingemannis/ Carnificis Weissenfelsen sis dicto anno & Mense.

S.XVI. Itidem Dnn. Scabini Lipsienses ad requisitionem Daniel Volkmaris zu Leipzig Mense Maio A. 1638. sequentem in modum ( apud Carpzovium d. Repp. 102. n. u. ) respondisse leguntur; Hat sich ein Lehr- Junge in eurem Hause auff eurem Boden erhendet/ welchen der Nachrichter auff Befehl der Stadt- Gerichte durch seinen Knecht abnehmen und hinausschaffen lassen/ darauf der Stadt- Richter befohlen/ euch mit dem Nachrichter der Zahlung wegen zu vergleichen. Ob nun wohl derselbe 50. Thaler fordert/ mit fürgaben/ es seye hin und wieder auff dem Lande hergebracht und bräuchlich/ daß bei solchen Fällen ihnen allezeit dasjenige gebühret/ was an dem Orth/ da sich einer erhendet befunden wird/ zumahl aber/ was er mit dem Schwerd umgreissen könne/ dahero ihm zum wenigsten das Leder so auff dem Boden/ da sich der Junge erhendet/ zu befinden/ gebühret/ ic So hat er sich doch damit nichts zubehelfen/ sondern läßt sich an demjenigen Lohn/ was die Obrigkeit vor billig erkennet/ begnügen. Er könnte dann darthun

C

und

18 DISSERT. DE JURE CARNIFICUM  
und beweisen/ daß bey dieser Stadt sein Vorges-  
hen durch eine beständige Gewohnheit herge-  
bracht/ und über Rechts verwährte Seit unver-  
brechlichen gehalten worden/ dessen genoß er auss  
solchen Fall/ B. N. W. Addantur, quæ habet D. Myli-  
us in Disp. de jure Carnificum Cap. 4. §. 13. ubi ita dicit: Non  
autem Carnifex juxta cadaver propriidæ extrahendum.  
Istans ea omnia lucratur, quæ in loco facti propriidii in-  
fra, supra, sursum, deorsum in circumferentia attingere  
poreft. Quia ne apex quidem hac de re in jure legitur.  
Fallit hoc, addit, si consuetudine aliud sit receptum, & ad Car-  
povium provocat.

§. XVII. Hactenus itaque cum Carpovio aliisque no-  
bis convenit, quod Carnifici ad consuetudinem provocan-  
ti statim fides non sit adhibenda. Consuetudo enim ratio-  
ne questionis: an existat? facti esse dicitur, & recte qui-  
dem, cum consuetudo à Principe non promulgetur, sed du-  
bia sit, adeoque ut omnia facta legitima probatione indi-  
geat, quam probationem testimonium Carnificis, qui lu-  
crum ex tali consuetudine captat & in propria causa est con-  
stitutus, perficere neutiquam potest. Verum enim vero,  
non statim sequitur: Hæc conuerudo legitime est probata  
& per diuturnum tempus continua, ergo est legitima;  
sed alia quoque, quæ in jure ad justam consuetudinem exi-  
guntur, adhuc necessum est. Alias quippe omnia vitia  
justi naturam jam dudum induissent, si nudam eamque di-  
uernam observantiam allegare atque probare sufficeret.  
Non ergo anteā de consuetudine hac, quam prætendunt  
Carnifices, judicium ferri potest, nisi prius viderimus, ut  
rum ea, quæ Leges copulatiue ad consuetudines in gene-  
re requirunt, hic quoque simul adesse deprehendantur.

§. XIX. Hoc examen mox instituemus. Sed ante-  
quam

## IN BONA PROPRICIDARUM &amp;c.

19

quam illud aggredimur, primo saltē videamus, an Carpzovius in defendenda dicta consuetudine sibi ipsi per omnia constans sit. Quod ut eo clarius fieri possit, & ne aliam eidem mentem affingere videamur, ipsissima ejusdem verba, quæ d. Resp. 102. num. 3. seqq. inveniuntur, adscribere luet. Rapacitatem avaritiosam Carnificum, [ de qua supra §. XII. in fine ] inter alia ex iniquissimo privilegio apparere dicit, de quo plerisque in locis gloriantur & vi cuius sibi omnia ea, quæ in loco commissi propricidii inveniuntur, lucro cedere prætendunt. Sed, addit, cum de hoc jure Carnificum consulerentur Scabini, ipsis hoc neutiquam competere bina vice responderunt. Nec enim de tali jure quicquam reperitur apud eos, qui de sepultura horum cadaverum canina scriperunt, in eo subsistentes, quod Cadavera per fenestras dejecta, vel sub domus limite extracta, in locum infamem & cadaveribus destinatum, projici debeant. Ut proinde absque autoritate nihil temere sit asseverandum. Et satis est, ipsorum intersectorum famam catinam hac sepultura dehonestari, ut illum binc alis, ( ad quos forsitan res in loco perpetratae necis repertæ spectant,) præter culpam suam incommodum accrescere, iniquissimum fore. Nec prætendere ( pergit) habent Carnifices id iuris ex peculiari consuetudine contra jus commune recepta, quam jastant, probare eam omnino debent, modo legitimo cumque suis requisitis, de quibus allegat Gail. lib. 2. observ. 1. Joh. Schneidew. in §. ex non scripto. n. 4. seqq. J. de J. N. G. & C. Matth. Coler. de proc. execut. p. 1. cap. 3. n. 30.

§. XIX. Ex his adductis verbis observare dicebit, quod ipse Carpzovius prætentum illud privilegium iniquissimum appelleret, imo, ut ex immediate antecedentibus adpareat, illud inter media in flandi marsupium Carnificum, nullam vel aequitatis, vel honestatis rationem habentium, referat. Ad

C 2

quid

## 20 DISSERT. DE JURE CARNIFICUM

quid vero proderit rem iniquissimam cumque æquitate & honestate pugnantem probare. Hæc sane probatio ex iniquo non faciet æquum, vel ex iniusto iustum. Ad probandum itaque non est admittendum, quod probatum non revelat. Idem videtur esse, ac si quis ex dolo admisso commodum aliquod prætendere vellat, iudex vero eundem à limine iudicij repelleret, hac tamen addita limitatione, nisi consuetudinem docere posset, vi cuius per diuturnum temporis lapsum introductum fuerit, quod ex dolo commodum percipere liceat. Recte ergo dicebatur: Carnifices id iuris ex peculiari consuetudine contra ius commune recepta, quam iactant, prætendere non posse, sed præbandam esse eiusmodi consuetudinem, non solum autem nudam quæstionem: *an existat?* sed *cum suis requisitis;* at vero in ipso Responso probationis requisitorum nulla injiciebatur mentio, sed nudæ saltem existentia, quod ipsum tamen ad fundandam Carnificum intentionem nulla ratione sufficere potest.

§. XX. Agedum percurramus breviter requisita consuetudinum à DD. communiter recenseri solita, & quodnam ex illis præcipue prætensiæ Carnificum consuetudini desit, dispiciamus. Primum requisitum est tacitus summæ potestatis consensus, cum statim in §. 1. *Dissert.* monuerimus, consuetudinem pondus suum non à subditis consuetudine utentibus, sed ab ipso Legislatore, quippe qui normam justi in Rep. unice ponit, obtinere. Hunc vero adesse Carnifices sine dubio prætentent, cum Principes nullam unquam Constitutionem nullumque Edictum de abrogando Carnificum jure promulgaverint, sed connivendo mores eorum omnino adprobaverint. Quis enim dubitaret, dictos mores nunquam ad notitiam Principis pervenisse? Possent quidem circa hoc suppositum nonnulla mori-

neri

## IN BONA PROPRICIDARUM &amp;c.

21

neri, sed reservabimus ea adhuc paulisper, & in praesenti supponemus, quod tacitus Principis consensus intuitu hujus Consuetudinis adsit. Porro requiritur secundo diuturnitas temporis actuumque frequentia, quod utrumque & in praesenti prætensa conservatudine adesse nemo in dubium vocare poterit. Quemadmodum vero in gerere certus annorum numerus certique actus nullibi determinati reperiuntur: ita quoque Carnificibus non obseruit, quamvis quo anno dicta consuetudo cœperit, quod item actus iam exuerint, docere non possint.

§. XXI. Hactenus bene. Sed restat adhuc unum requiritum, vi cuius quæcunque consuetudo rationabilis esse debet, v. Wesenbec. *in parat. ff. de LL. n. 9.* Unde Adcessores Camerae imperialis, quando in numerum Adcessorum recipiuntur, iurare debent, quod secundum Imperii Constitutiones, secundum ius commune & laudabiles locorum Consuetudines iudicare velint & hinc alte / lobbliche / hergebrachte Gewohnheiten vocari conservaverunt, v. Speidel. *Spec. notabil. voc. Gewohnheit / lobblich und hergebrachte Gewohnheit / quod & alias regulariter in omnibus omnium locorum iudicibus receptum esse dicit Philippi in usu pract. Instit. I. I. tit. 2. Eclog. 25. n. 16.* qui etiam n. 1. seqq. malam & irrationabilem consuetudinem omnibus modis arrogandam esse, recte adstruit, licet sit immemorialis & iuramento confirmata, quoniam corruptela potius, quam consuetudo dici meretur. Quamvis vero Wesenbeccius loc. cit. nonnullos esse adferat, qui etiam irrationabilem usum tanto tempore præscribi posse existimant, cuius initii non extat memoria; Nobis tamen nondum liquet, quomodo hoc salva iustitia adseri possit, cum potius & hic illud Pauli valere debeat: quod ab initio vitiosum est, tractu temporis convalescere nequit, l. 29, ff. de R. 7.

C 3

§. XXII.

DISS. DE JURE CARNIE.

22. §. XXII. Quaritur autem, quænam dicitur irrationalis consuetudo? Uno ore respondentes, eam esse irrationalis, quæ cum jure divino, sive ex ratione, sive ex revelatione illud hauriatur, & sic cum vero bono publico pugnat, Wesenbec. d. loc. Halin ad Wesenbec. cit. loc. n. 10. § arbitrio judicantis. Baldus in l. 2. C. de Usur. Schurff. Cent. 3. Conf. 83. num. 11. Fundamentum rei facile patet. Principis enim potestas, quantaquanta etiam illa sit, humana tamen est & sic potestati divinae subordinata. Unde quemadmodum Princeps per expressum suum consensum non potest derogare legi divinae: ita nec per tacitum, qui in consuetudinibus adesse dicitur, hoc facere potest. Dicuntur consuetudines laudabiles, inquit Speidelius loc. cit. vel juri naturali non repugnare, quoties statuentes vel observantes existimant illas esse bona, suisque moribus obrationales causas convenientes. Nam sicut ius nullum contra id quod honestum & publice utile est sancitur, ita nec consuetudo, unde primarium consuetudinis requisitum rationalitas, daß es eine gute oder vernünftige Gewohnheit sey/ quo deficiente illa nulla est, ut consuetudo Poloniae, qua Nobilibus hominem occidentibus certa pecunia cadaveri imposita redimere poenam licuit adeoque eam Stephanus Rex recte sustulit, quia Deus homicidas capite plentos esse præcipit. Ex codem fundamento consuetudinem in Gallia usitatam, ut bona naufragorum retineantur irrationalis, barbaram & iniurissimam, atque irrationalis & intolerabilem fisci aviditatem esse, si hujusmodi rapinis expleri velit, asserunt Petr. Rebuff. in prefat. ad Leges Regias gl. 5. n. 74. Anton. Matth. ad tit. C. de furt. c. ult. in fin. Covarruy. in cap. peccatum. lib. 6. part. 3. §. 1. num. 5. Brunnem. ad l. 18. § Autb. Naviga. C. de furt. conf. omnino Carpzov. P. 1. Conf. 9. def. 6. ubi probat, quod statutum

Reos

IN BONA PROPRICICARUM, &c. 23

Reos homicidii dolosi à poena mortis eminens, irrationabile sit & nullo modo subsistere queat.

§. XXIII. Deveniamus nunc ad hypothesis. Nihil vero dubitamus, quin prætensa illa carnificum consuetudo circa bona propria dicarum irrationalibilis sit jurique di-vino, naturali & revelato, è diametro contrarietur, atque adeò licet liquido à carnificibus probetur, subsistere tamen & effectum post se trahere nullo modo possit. *Quamvis* enim consuetudinis ususque longævi non vilis sit autoritas, non tamen usque adeo sui valitura est momento, ut aut rationem vincat, aut legem, prout rescribit Imp. Constantinus in l. 2. C. *qua sit longa consuet.* Quod vero sit irrationalibilis dicta consuetudo facili negotio demonstrare possumus. Scilicet jus naturale & politium dicitat jusque Romanum conspirat, jus alicui quælibet sine proprio ipsius facto ab altero auferri non posse, l. 2. pr. ff. de his qui sui vel alien. *jur. sunt l. fin. ff. de pæt.* nec alteri per alterum iniquam conditionem inferri debere, l. 25. §. si quis filium ff. ad scelum Trebell. l. 5. §. 5. ff. de op. nov. nunc. l. 74 ff. de R. 3. Carpzov. P. 2. *Const. 45. Def. 15. num. 6. & 7.* At vero juxta consuetudinem carnificum tertius sine facto suo & delicto laeditur, jusque semel perfecte quælibet eidem iterum auferitur, quo ipso major irrationalibiles inveniri vix potest.

§. XXIV. Quod si enim carnifices ea solummodo prætenderent, quæ ad ipsum propria dicardam pertinuerunt; aliquo adhuc modo res excusari posset. Sed hic non subsistit eorum rapacitas. Verum omnia indistinctæ sibi capiunt, quæ in loco, ubi propria dicardum est commissum, deprehenduntur, quæque stantes juxta cadaver sursum, deorsum & in circumferentia gladio suo attingere possunt, sine distinctione, utrum ad propria dicardam, urrum ad tertium aliquem ea spectent. Quoties vero accidit, ut quando proh dolor! u-

nus

## DISSERT. DE JURE CARNIFICUM

nus ex coniugibus violentas sibi manus infert, alterius bona, pretiosa inter dum & rara in loco p<sup>r</sup>epetrata a<sup>v</sup>to<sup>r</sup>o<sup>z</sup>a<sup>g</sup>la<sup>c</sup> deprehendantur, quæ propter alterius conjugis factum sine propria culpa ipsi auferuntur. Sanè, quamvis statuto expresse cautum fuerit, ut uxor pro marito obligetur, hoc tamen ad eum casum, ubi maritus ex delicto p<sup>r</sup>ecedente solvere tenetur, non debere extendi, uno ore affirment DD. v. Brunnem. ad l. 14 ff. de LL. num. i. quo iuris colore ergo maritus adigi poterit, ut in gratiam carnificis propter uxoris delictum (& vice versa) bona sua rite semel quæsita sibi auferri patiatur. Carnificis persona quidem utilitatem p<sup>r</sup>estat Republicæ, sed propterea alii homines immerti damno non sunt afficiendi. Item, quoties accidit, ut famulus in Domini s*fai* hypocausto, vel alio conclavi sese suspendat, jugulum absindat, &c. in quo maxima pars bonorum Domini deprehenditur, an ne ergo Dominus propter famuli avtocheiriam poena adisciendus erit? quod iuxta carnificum p<sup>r</sup>ætensam consuetudinem omnino fieri debet. Erat is ipse casus, quem supra retulimus §. XXV. Hat sich ein Lehr-Junge in eurem Hause auf einem Boden erhängt -- Ob nun wol derselbe (Nachrichter) so. Rethl. fordert / mit fürgeben/ es seye hin und wieder auf dem Lande hergebracht und bräuchlich / daß bei solchen Fällen ihnen kallezeit dasjenige gebühret/ was an dem Orthe/ da sich einer erhängt/befunden wird/ zumahl aber/ was er mit dem Schwert umbgreffen könnte/ daher ihm zum wenigsten das Leder/ so auf dem Boden/ da sich der Junge erhängt/ zu befinden/ (quod extra dubium non ad tyronem illum, sed ad ipsum Dominum spectavit) gebühret. Quid ergo proderit Carnifici, licet probaverit, daß sein Vorgeben durch eine beständige Gewohnheit hergebracht und über rechts verwährte Zeit unverbrüchlich gehalten worden.

§.XXV.

## IN BONA PROPRICIDARUM.

25

§. XXV. Certe non videtur alia hujus consuetudinis esse indoles, quam alterius cuiusdam, vi cuius in nonnullis locis res furtiva recuperata non vero Domino suo restituta fuit, sed Magistratus eandem sibi adplicavit, quam irrationalib[er]e confuetudinem Carolus V. in const. crim. Art. 207. sustulit, verbis: So gestohlen oder geraubet Guth in ein Gericht gebracht und der Ubeithäter nicht dabey betreten und verhaftet wird / soll dasselbe der Peinliche Richter zu seinen Händen nehmen und getreulich verwahren / und so jemand dasselben habe begehret und so viel anzeigen / daß ihme die unzweifelich geraubet oder gestohlen sey / so soll ihm die wieder verschafft werden / &c. v. Jodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 120. num. 51. seq. Andr. Knichen de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum Sax. cap. 5. de regal. n. 148. Valde enim iniquum esset, ut Magistratus cum jactura & damno Domini locupletaretur, pro ut recte existimat Carpzov. Prax. crim. qu. 80. num. 10. Rechte etiam statuitur Art. 31. lib. 2. des Sächs. Land-Rechts/ niemand mag verwircken eines andern Mannes Guth/ daß er unter ihm (adde, daß er neben sich) hat / ob er woll seinen Leib verwircket hätte/ quod glossa ad d. l. n. 6. ita declarat: Als ob zweene Brüder / oder Vater und Sohn / oder auch andere Leuthe gesammlet Guth hätten / ob ihr einer gleich seinen Leib oder Guth verwircke/ damit hätte er doch nicht zugleich seines Gefährten oder Gesellen Guth verwircket. Item hat der Räuber gleich mit seiner Misstethat seinen Leib verwircket / damit hat er doch nicht des veraubten Mannes Guth verwircket / &c.

§. XXVI. His notatis, ne quidem consensus Principis tacitus, de qua supra in §. XX. egimus, adesse censetur. Corroboret quidem alias taciturnitas & connivenzia Principum

D

mores

mores a subditis hactenus observatos; interim tamen ea confirmare voluisse non præsumitur, quæ cum lege naturali & positiva divina aperte pugnant. Taciti & expressi eadem communiter vis esse dicitur & efficacia, taciti tamen major vis esse nequit, quam expressi. Quid vero si Princeps expresse quædam per modum legis præcipiat, quæ juri divino contrariantur, an existimas, illa in numerum legum referri posse? sane hic obtinere debet, quod Apostoli quondam Phariseis respondebant: Deo magis obediendum esse: quam hominibus. Idem de tacita voluntate Legislatorum judicium esto. Tacuit ergo Princeps, quia contradictione non opus esse existimavit, cum ipso Magistratus inferiores facile colligere queant, Principem talia iniqua nunquam approbaturum esse, & sic non expectata Principi declaratione ejusmodi irrationalib[us] mores prohibere debeat, quod dum non faciunt, gravissime peccant seque peccatorum participes reddunt.

§. XXVII. Gratis tamen, instas, Carnifices operam suam in extrahendis cadaveribus propria dicarum impendere non possunt; Concedo, sed exinde non sequitur, quod alios innocentes spoliare debeat. Contenti sint mercede ipsi solvi solita nec ulterius progradientur. Et imo, cum nec hanc mercedem ab ædium dominis, aut cognatis, sed à Magistratu solvendam esse responderint Dnn. Scabini M. Jun. 1600, verbis, So seyd weder ihr/ noch der Barbier/ so bey euch eingemiethet/ dem Scharffrichter von Dresden/ welcher den todten Körper aus eurem Hause geschafft und an gebührenden Orth gebracht/ das Hencker-Geld zu entrichten pflichtig/ sondern der Rath zu Meissen/ als dem die Gerichte zu ständig/ ist solches alles zu geben schuldig/ B. R. W. apud Beierum de expensis exec-

### IN BONA PROPRICIDARUM &c.

27

*sis executionum criminalium, vom Henker-Geld/ Cap. 3. §. 15.*  
qua ratione, aut juris colore Carnificibus jus aliquod consuetudinarium tribui poterit, ut bona cognatorum ædiumque dominorum ad se rapiant?

§. XXIX. Forsan itaque nihil supererit, quam ut gladiis Carnificum, quos in nostro casu normam prædæ capienda constituant, singularem quandam efficaciam vimque attrahendi tribuamus. Referunt alias valde mirabilia de gladiis suis carnifices, v.g. quod plerumque sciant, num aliquis ipsis tradendus sit, quem suppicio afficiant, gladios enim ipsorum moveri. Item, se præscire ipsum genus supplicii, quod captivi e medio tollendi sint, v. Kornmann. de mirac. mort. p. s. cap. 16. & 17. Lavaterus de spectris p. 1. c. 17. & ex his Speidelius in spec. notab. voc. Henker/ ubi alii gladiorum horum mirabiles effectus recensentur. Apage vero hasce ineptias, à Carnificibus rudi plebecula hominibusque superstitionis persvasas, quis hæc veritati consentanea esse crederet?

§. XXIX. Eadem, quam hactenus demonstravimus, irrationalitate laborare putamus consuetudinem, quam in aliquibus locis prætendent Carnifices, ut si pecus aliquod Iue Gallica alioque morbo foedo laboret, cultri & reliqua instrumenta ipsis rapacitati cedant, quibus Laniones in mactandis ejusmodi pecoribus usi sunt. Quid enim deliquerunt Laniones, ut instrumenta sua citra culpam suam Carnificum prædæ relinquere debeant? Nihil sane, & tamen ita importuni sunt Carnifices interdum, ut de gravissimis eo conqueri videoas, si quis ipsis deperditos mortes ad trutinam justi revocare velit.

D 2

§. XXX

28 DISSERT. DE JURE CARNIF. IN BON. PROPRIC.

S. XXX. Restat, ut colophonem huic nostra Dissertatio-  
ni imponamus. Fieri autem hoc brevissimis potest. I-  
ta enim ex hactenus fuse adductis constanter inferimus:  
**NON DATUR JUS CARNIFICUM IN BONA PRO-  
PRICARUM EORUMQUE, QUAE CIRCA PROPRI-  
DIDAS REPERIUNTUR.** Quam sententiam quoque ap-  
probavit Serenissimus noster in der Magd. Policey-Ord-  
nung Cap. 76. §. 4. sequentibus verbis; Die Nachrichter  
sollen diejenigen / welche sich selbst erhängt oder umbs Le-  
ben gebracht umb das Lohn / welches ihnen in dieser  
Ordnung gesetzt / ab und wegnehmen da sie befus-  
dener Umstände nach auf eine Fehmstäte zu begraben  
wären/ dasselbe unweigerlich verrichten und hier über die-  
jenigen Sachen nicht fordern / und ihnen zueignen/  
welche sie an dem Orthe gefunden / und so weit sie  
mit dem Schwerd reichen können/ bey vermei-  
dung empfindlicher Straffung.

T A N T U M.



01 A 6582



vdA 10/1



B.I.G.



DISSERTATIO JURIDICA  
De  
**JURE CARNIFI-  
CUM IN BONA PRO-  
PRICIDARUM ET QVÆ  
CIRCA EOS REPERIUNTUR,**  
Quam  
Deo T.O.M. ANNUENTE  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WIL-  
HEMO,**  
REGNI BORUSSICI ET ELECTORATUS  
BRANDENB. HÆREDE, &c. &c.  
**IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,**  
PRAESIDE  
**JAC. FRIDERICO LUDOVICI,**  
J.U.D. & Profess. Publ. Extraord.  
Publico Eruditorum Examini submittit  
RESPONDENS  
**JOHANNES JACOBUS HANEWALD,**  
Alsleb. Magdeb.  
ad diem III. Octobr. MDCC II. H. L. Q. C.

Halle, Typis CHRISTOPH. ANDRÆÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

8.